



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**LEGVM PON||TIFICIARVM GRE-||gorij noni, seu
Decretalium pentateu-||chus**

Mesnart, Martin

Parisiis, 1555

xxvi. De maledicis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63486](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63486)

De maledicis. Tit. 26.

Qui de summo pontificatu male dixerit ex-
emplari pœna punitor. 1. Inno-
tuit.
2. Statui-
mus.
Quod si in deum , aut beatorum aliquem,
maxime in magnam matrem debacchatus erit;
ita per episcopum punitor . Septem dominicis
diebus dum sacra peraguntur pro foribus eccle-
siæ catamidiator . ultimo dominico sine pallio,
& calceamentis existens corrigia circa collum
obligatus esto . sex præcedentibus feriis in pane
& aqua ieunato . templum ne ingreditor . quo-
libet prædictorum dierum vnum , duos , treisve ,
si poterit , pauperes reficito . alioquin id in pœ-
nam aliam commutator . cui si non parebit : ei
ingressus ecclesiæ interdicitor . mortuus eccle-
siastica sepultura careto . Per temporalem por-
rò potestatem pro personæ qualitate pecunia-
riè multator . Hoc & inter cætera communita-
tum statuta describitor .

*De clero excommunicato, deposito, vel
interdicto ministrante. Tit. 27.*

Clerici excommunicati diuina celebrantes 6. Frater
nitati.
Omnibus ecclesiasticis beneficiis spoliantor .
Si quis tamen excommunicatus , at excommu- 5. Illud.
nicationis noticiam per solâ famam habens cele-
brarit : licet summo iure deponi debeat , miseri-
corditer cum eo dispensari valeto .
Sin suspensionem ignorassit (nisi fortè cras- 9. Apo-
stolice .
fa , supina , aut erronea fuerit ignorantia) nec